

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Antiphonale et Graduale Schutterense - Cod. Schuttern 10

Ganter, Joachimus

[Schuttern], [18. Jahrh.]

Vorreden von Joachim Ganter. Kalender

[urn:nbn:de:bsz:31-72294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-72294)

Vero Dei Filio Unigenito
JESU CHRISTO
 Patri Misericordiarum.
 Dei Genitrici
VIRGINI MARIÆ
 Matri Misericordiæ.
ET SANCTIS UNIVERSIS,
 Quos coronavit Deus in Misericordia & miserationibz.

LAUS, HONOR ET GLORIA.

Multiplicia licet sint **Attributa**
 seu **Proprietates**, quæ veluti tot lucidissi-
 mi colores & radij **Divinam tuam Maje-**
statem, Fili Dei JESU CHRISTE! æquè
 nobis hîc in ænigmate videndam, ac humil-
 limè adorandam admirandamque præbent: mentis tamen
 aciem cordisque affectum præcipuè in immensam tuæ
Misericordiæ abyssum figere libuit: sed & præsentē
 Laborem Eidem, cui sexcentis nominibus debetur, Offero,

Dedico & Consecro, Ideoque quoties aspicio, exardescente animo dicam: *Misericordias Domini in aeternum cantabo.* *Psalm. 88.* Misericordias inquam, quas & multitudine & magnitudine praestantes, si enarrare possem, infinitus omnino essem. Quid enim, si Creationis meae, si Redemptionis, si Vocationis per Baptismum ad veram unicéque sanctificantem Fidem & Ecclesiam meminero? numquid quia cum plurimis has communes habeo gratias, parvas aestimem? absit. Majora loquar: Si altissimas & plusquam regias Dignitates in medium proferam, Ordinis nimirum, Religiosi & Sacerdotalis, ad quas me, heu quàm indignum! suscipere, id est, è fluctibus ad portum, è coeno ad caelum, è labyrintho educere in Paradisum, E mancipatu saeculi creare Dei procerem, mediatorem judicemque vivos inter & mortuos constituere placuit. numquid hæc in alios Benevolentiae & gratiae quàm eos, quos in sinu tuo habes? Particularia tangam? ah! quot rubor ipse rubendo abscondit? Ecce enim, quot in omni statu & ætate mea gratiarum imbres in me pluisti? quot illustrationes? quot nimirum urgentes ad bonum & contra à malo absterrentes calicos motus? quot gaudia sacra spiritus, si ijs cooperatus, quot contra conscientiae ictus, cum ijs abusus fui, numero? quot, [permitte pudor dare gloriam Deo] quot vicibus legem dereliqui tuam, & tu indulxisti? amorem ipsum odivi & redamasti? summum Benefactorem in honoravi, & exaltasti, imò in manibus portasti, & usq; modo suaviter portare non desinis? Verè ô Pater Misericordiarum! me debitissimum testem instituis Verbi, quod dixisti:

Miser
quàm tu
davir
S
Gratia
piolè d
memor
Bernar
voluit
Hac ig
illa gra
ternæ
pulsan
pus vel
boni det
est Ma
Miser
quidqu
tum ha
N
nuò in
in com
Et qui
ti; præ
comifi
tur off
glitate

V

Misericordiam volo, et non sacrificium. Matth. 9. 13. & quàm justè fateor: Ubi abundavit delictum, Superabundavit gratia. Rom. 5. 20.

Sed & maximè dignum est, hujus superabundantis Gratiarum fontis Ductus Venasve, per quas in me tam copiosè dimanat, investigare, earumque nomina grato animo memorare. nec diu hære fas est: quandoquidem mellifluo Bernardo docente scimus, quòd *Nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non transiret. s. de Nativ.* Hæc igitur ter amabilis & gloriosa Virgo **Maria** est Vena illa gratiosissima, quæ, quia consensit, ut Jesus Aqua vitæ æternæ per eam in nos difflueret, nulli deinceps peccatori eâ pulsanti obstruetur. Hæc Collum medium Caput inter & corpus vel membra, Deum scilicet & mortales, cui proin, quidquid boni desuper in nos defluit, acceptum referre decet: verbo, Hæc est Mater Dei, mater rei: Mater Judicis, mater exulis. **Mater Misericordiæ**, per quam etiam, quidquid in me gratiæ, quidquid consolationis, quidquid sanctæ spei & virtutis, totum habere libens gaudens teneo fateorque.

Nec etiam diffitendum est Ductus ^{gratiarum} supernarum continuo in nos pluentium Sanctos omnes esse: *Pretiosa enim in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Psal. iis. 5.* Et quia de sua salute securi, de nostra redduntur solliciti, præsertim illi, quorum speciali tutelæ adoranda Dei nos comisit Providentia, ut familiariùs & specialius misereantur ossi de ossibus suis, & ex eo, quod noverunt pericula & fragilitatem nostram, & didicerunt ex his, quæ passi sunt compaf-

tionem, Dubium non est, quin Eorundem precibus plurimum
valentibus & à malo ereptus conservatusque, & bonis innume-
ris repletus sim.

Hæc ferio animo volvens, æquum iustumque duxi exile
hoc Opus eadem, qua JESU Christo *Patri Misericordi-*
arum religione, etiam Tibi *Mater Misericordiæ*, ac to-
tius Cælestis Curia Honori, quem continet decantandū,
offerre, dedicare, consecrare. Vobis igitur omnibus, O *Beatif-*
simæ Concio! hunc eundem Laborem meum unà mecum
adscribo humillime rogans, ut suscipere dignaremini non
tam ut donum pro acceptis eucharisticum [quæ enim propor-
tio tantilli muneris ad tam grandes innumeròsque favores Iquæ
ut novos in me semper per Vos efflagitem *Misericordiæ* descen-
dere rores. hoc ipsum Opus donate virtute, ut quotiescun-
que illo utar, pius in me fervor augeatur, Dei Vestraque laus
crescat, meritis abundet, donec tandem his infimis relictis
veraciter dicere possim: *Misericordias Domini in*
æternum cantabo. interim gemens *Exul filius Evæ*

P. Joachim Ganter qui supra.

PRÆFATIO
AD RELIGIOSISSIMUM IN X^{TO}
CANTOREM.

Habes huc Cantor in Christo Religiosissime! Opus cuiusque Voci, omnique cultui Divino accommodatissimum, inde merito iure Nomen Omnibus **Omnia** usurpat. Continet enim omnes Horas canonicas incipiendo à Laudibus inclusive, [si feriales solas excipias] id est Antiphonas, Psalmos, Hymnos, Responsoria brevia, Versus, Cantica et Orationes earum tam in Officijs de Tempore quam de Sanctis etiam Nonissimis et Dioecesanis. Continet Responsoria ad Processiones ac varios per annum tam Universali Ecclesia prescriptos, quam et Particulari Schutterensi proprios Ritus et Ceremonias partim per Unam ^{partim} per quatuor Voces exhibendas: quas inter specialiter Hebdomada Major vel Sancta celebres exhibet. Continet tandem Missas per omnes ferias sine et Festa cum Organo, Id est Introitus, Tractus vel Gradualia, Offertoria et Communiones: item et Ordinarias earum Partes, scilicet Kyrie eleison, Gloria, Credo, Sanctus et Agnus Dei, ut suo quoque loco. Antiphonam quartam ex Laudibus in Festis minus principalibus Notis subjungere superfluum duxi, eo quod neque in Laudibus nec Horis nec Vesperis unquam cantari soleant. In fine Antiphonarum, aut si semiduplitter cantari obtingit, statim post initium pro majori facilitate Rudicum apposui Custodem seu Indiculum, quo denotatur Tonus in quo Psalmus subsequens inchoari debeat. Quoad Missas notandum, quod pro Graduali, si cantetur cum Organo, solum Versum posteriore cum triplici Halleluja vel duplici in temp. Pasch. poterim, prout consuetudo cantandi hucusque tulit. Offertorio nunquam col-

ludit Organum, eo quod in Eccle-
sijs, ubi Organum habetur,
numquam cantetur, excep-
tis ferijs.

Cæterum, qualiter Capi-
tula, Responsoria brevia,
Versus, Orationes, Bene-
dicamus Domino, Ite Missa
est et alia hujusmodi
modulari debeant, compen-
diosè docebunt Regula in-
fra Calendarium posita.

Ex quo ipso Calendario
etiam comodè perspiciet,
quæ festa Sanctorum, et
quo ritu, qui Dies jejuni,
ac alia in hac nostra Dice-
cesi Argentinensi, Congre-
gatione, et Specialiter in
Monasterio Schutterensi
celebrari contingant.

Unicum est, quod observes, rogito,
Religiosissime Cantor, ne scilicet unâ
Notam æquipares alteri. oportet
enim laudatam. ■ omnino produci, sed
immediatè sequentem minuculam sive ut
vocant Tressellatam ■ corripit, quadra-
tam verò in mensura ordinaria ■ mo-
dulari, si aliàs decori et gravitati
Cantus consuleret cupis.

Hic verò Zoilis respondere
necessarium duxi. Obijcient enim:
Ambitiosum et Ridiculum esse,
tot superflua, quæ nunquam in usu

fuerunt, nec forsan erunt, con-
scribere, et ipso Libro tanta molis
congerere. p. Sed Eisdem præpri-
mis declaro, non alia ex causa Li-
brum hunc conscriptum esse quam ob
majorem Dei Velq; Genitricis et
Sanctorum suorum gloriam confer-
vandam et augendam, utque Laudis
divinae decor ac modulatio, quam à
Religiosis suis Prædecessoribus no-
stris laudabiliter traximus et di-
didimus, retineatur. Satis enim
comperitum est, quod quia multa in
multis dispersisq; Schedulis aut frag-
mentis olim scribebantur, eo ipso tra-
ctu temporis deperdita fuerint. cui
malo occurrere volens, omnia in uni-
cum hunc Librum congerere. *Idem.*
Deinde non levis hujus causa laboris
erat ipsa humanae inconstantia,
miseria, vi cujus modo hoc modo illud,
modo iste modo contrarius ritus in-
troducitur, et hoc abrogato prior i-
terum assumitur; ut adeoque fateri
cogamur, nequidem Ecclesiastica-
rum ritus Ceremoniarum sua care-
re vicissitudine, quod rursus paucis
hisce, quos viximus, annis experi-
mento didicimus. Necessum proin-
erat, multa hic inferere, quæ quidem
hodierno tempore necdum in usu,
futuro autem haud dubiè intro-
ducenda erunt; et, similiter plura
omittere aliàs in alijs libris inveni-
enda. Sed vix amplius usurpanda, ne
Libri moles accrescat nimium. Tertio,
Licet omnia articulatum in ipso, quo
deginus Monasterio non semper aut
nunquam usui sint, poterunt tamen
esse alijs et maxime Monasterio nostro
incorporatis Ecclesijs, in quarum provin-
commodum etiam iste Liber esse non
recusat. Quarto Tandem non irridendam

hujus Conſcriptionis rationem ipſius
 Eccleſiæ Dei ſuperaddit Decor. Tam
 Celebri enim et Perantiquæ Do-
 mui Dei debebatur Opus, quod
 et Proavorum Atavorumque no-
 ſtrorum Religioſiſſimorum oſten-
 deret fervorem, et ad novas Ope-
 las inde exarandas ſufficientiſ-
 ſimum eſſet Cornu Copiæ, ac non
 modo Regulas cantandi, ſed et,
 quæ olim Diſciplina fuerit Chori,
 et miniſtret Poſteritati. Formã
 Libri ipſus non diffiteor non nihil
 grandiuſculam ac ideo minuseſ-
 ſe commodam manibus: ea prop-
 ter, niſi nimio duplicando labore
 abſterritus fuiſſem in duas Par-
 tes ſeu Tomulos diviſiſſem. Tu
 commodiorem efficies, ſi ea, quæ
 circumportanda putas, deſcriben-
 do excerpas.

Cæterum, per ea, quæ hîc an-
 notavi, neutiquam animus fuit,
 Opus iſthoc omni ex parte perfe-
 ctum ac nulli obnoxium errori
 proclamandi. Libens enim volens
 fragilitatem meam confiteor, et eſſe cum Chriſto. Amen.

Vale.

cujus cum veſtigia nimia in omnib;
 alijs videntia relinquo, cur in hoc
 conſcripto Libro negem? At quis
 ſine nævo? Ut ſi erudiſſimi qui-
 que Libri prelo ſubjecti, quamvis
 à ſuo Genitore videantur et re-
 videantur corriganturque, ſuis
 tamen quandoque non careant
 mendis, quis Librum hunc errorib;
 ſcatere dubitet, quos utique ſcrip-
 tos ſemel tam facile erudere et e-
 mendare non eſt? De Cantoris
 ergo Religioſiſſimi diſcretionem con-
 fido, mendas, quas irrepiſſe cer-
 nit, non negligentia, ſed ſimplici
 non advertentia aut iſcitia,
 [nam Compoſitor Muſices non ſum]
 adſcriptum iri. Hîc Zoilis
 obviatum. latîs.

Tu verò, Religioſiſſime Can-
 tor! utere Libro, ſi placet, eã in-
 tentione, qua ſcriptus eſt, ſcilicet
 ad Majorem Dei et Sanctorũ ſu-
 orum gloriam: ſi planè non diſplice-
 bit Tibi, nec diſplicebis et Tu in tempo-
 re, quo anhelabis Angelicis ſupernæ Pa-
 triæ Conſpectibus aſſociari, diſſolvâs
 et eſſe cum Chriſto. Amen.

TABELLA TEMPORARIA FEST. MOBIL.

Anni Domini	Lit. Dom.	Septuagesim.	Dies Cinerū.	Pascha	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi	Lit. Mart.	Domin. post Pentec.	Dom. I. Advent.
1760	f. e.	3. Feb.	20. Feb.	6. Apr.	15. Maj.	25. Maj.	5. Junij.	m.	26.	30. Nov.
1761	d.	18. Jan.	4. Feb.	22. Mar.	30. Apr.	10. Maj.	21. Maj.	D.	200.	29. Nov.
1762	c.	7. Feb.	24. Feb.	11. Apr.	20. Maj.	30. Maj.	10. Jun.	d.	25.	20. Nov.
1763	b.	30. Jan.	16. Feb.	3. Apr.	12. Maj.	22. Maj.	2. Jun.	q.	26.	27. Nov.
1764	A. g.	19. Feb.	7. Mart.	22. Apr.	31. Maj.	10. Jun.	21. Jun.	G.	24.	2. Dec.
1765	f.	3. Feb.	20. Feb.	7. Apr.	16. Maj.	26. Maj.	6. Jun.	g.	26.	1. Dec.
1766	e.	26. Jan.	12. Feb.	30. Mar.	8. Maj.	18. Maj.	29. Maj.	t.	27.	30. Nov.
1767	d.	15. Feb.	4. Mart.	19. Apr.	28. Maj.	7. Jun.	18. Jun.	P.	24.	29. Nov.
1768	c. h.	31. Jan.	17. Feb.	3. Apr.	12. Maj.	22. Maj.	2. Jun.	l.	26.	27. Nov.
1769	A.	22. Jan.	00. Feb.	26. Mart.	4. Maj.	14. Maj.	25. Maj.	C.	28.	3. Dec.
1770	g.	11. Feb.	28. Feb.	15. Apr.	24. Maj.	3. Jun.	14. Jun.	c.	25.	2. Dec.
1771	f.	27. Jan.	13. Feb.	31. Mar.	9. Maj.	19. Maj.	30. Maj.	p.	27.	1. Dec.
1772	e. d.	16. Feb.	4. Mart.	19. Apr.	28. Maj.	7. Jun.	18. Jun.	F.	24.	29. Nov.
1773	c.	7. Feb.	24. Feb.	11. Apr.	20. Maj.	30. Maj.	10. Jun.	f.	25.	28. Nov.
1774	b.	30. Jan.	16. Feb.	3. Apr.	12. Maj.	22. Maj.	2. Jun.	i.	26.	27. Nov.
1775	A.	12. Feb.	1. Mar.	16. Apr.	25. Maj.	4. Jun.	15. Jun.	M.	25.	3. Dec.
1776	g. f.	4. Feb.	21. Feb.	7. Apr.	16. Maj.	26. Maj.	6. Jun.	i.	26.	1. Dec.
1777	e.	26. Jan.	12. Feb.	30. Mart.	8. Maj.	18. Maj.	29. Maj.	A.	27.	30. Nov.
1778	d.	15. Feb.	4. Mar.	19. Apr.	28. Maj.	7. Jun.	18. Jun.	a.	24.	29. Nov.
1779	c.	31. Jan.	17. Feb.	4. Apr.	13. Maj.	23. Maj.	3. Jun.	m.	26.	28. Nov.
1780	A.	23. Jan.	9. Feb.	26. Mar.	4. Maj.	14. Maj.	25. Maj.	D.	28.	3. Dec.
1781	g.	11. Feb.	28. Feb.	15. Apr.	24. Maj.	3. Jun.	14. Jun.	d.	25.	2. Dec.
1782	f.	27. Jan.	13. Feb.	31. Mart.	9. Maj.	19. Maj.	30. Maj.	q.	27.	1. Dec.
1783	e.	16. Feb.	5. Mart.	20. Apr.	29. Maj.	8. Junij.	19. Junij.	G.	24.	30. Nov.
1784	d. c.	8. Feb.	25. Feb.	11. Apr.	20. Maj.	30. Maj.	10. Jun.	g.	25.	28. Nov.
1785	b.	23. Jan.	9. Feb.	27. Mar.	5. Maj.	15. Maj.	26. Maj.	t.	27.	27. Nov.
1786	A.	12. Feb.	1. Mart.	16. Apr.	25. Maj.	4. Junij.	15. Junij.	P.	25.	3. Dec.
1787	g.	4. Feb.	21. Feb.	8. Apr.	17. Maj.	27. Maj.	7. Junij.	l.	26.	2. Dec.
1788	f. e.	20. Jan.	6. Feb.	23. Mar.	1. Maj.	11. Maj.	22. Maj.	C.	28.	30. Nov.
1789	d.	9. Feb.	25. Feb.	12. Apr.	21. Maj.	31. Maj.	11. Jun.	c.	25.	29. Nov.
1790	c.	31. Jan.	17. Feb.	4. Apr.	13. Maj.	23. Maj.	3. Jun.	p.	26.	28. Nov.
1791	b.	20. Feb.	9. Mar.	24. Apr.	2. Junij.	12. Jun.	23. Jun.	F.	23.	27. Nov.
1792	A. g.	5. Feb.	22. Feb.	8. Apr.	17. Maj.	27. Maj.	7. Jun.	f.	26.	2. Dec.
1793	f.	27. Jan.	13. Feb.	31. Mar.	9. Maj.	19. Maj.	30. Maj.	f.	27.	1. Dec.
1794	e.	16. Feb.	5. Mar.	20. Apr.	29. Maj.	8. Junij.	19. Junij.	M.	24.	30. Nov.
1795	d.	1. Feb.	28. Feb.	5. Apr.	14. Maj.	24. Maj.	4. Junij.	i.	26.	29. Nov.
1796	c. b.	24. Jan.	10. Feb.	27. Mar.	5. Maj.	15. Maj.	26. Maj.	A.	27.	27. Nov.

JANUARIUS.

L.	D.	M.	
A. Kal.	i.		CIRCUMCISIO & Octava Nativitatis D.N. J.C. Duplex ij. classis. ♀.
b. iv.	2.		Octava S. Stephani M. dup. <i>Commemor. Octavarum.</i>
c. iij.	3.		Octava S. Joannis Apost. dup. <i>Commemor. Oct. S. Innoc.</i>
d. Frid.	4.		Octava SS. Innocent. duplex.
e. Non.	5.		Vigilia. <i>Comm. S. Telephori Pa- & Martyris.</i>
f. viij.	6.		EPIPHANIA D. duplex j. classis. ♀.
g. vij.	7.		De Octava Epiphaniae.
A. vj.	8.		De Octava.
b. v.	9.		De Octava.
c. iv.	10.		De Octava.
d. iij.	11.		De Oct. <i>comm. S. Hugini P. M.</i>
e. Frid.	12.		De Oct. <i>com. S. Benedicti Abb.</i>
f. Idib.	13.		Octava Epiph. duplex maj. <i>S. Dom. II. post Epiph. Fests. SS. Nominis JESU. dupl. ij. classis. ♀.</i>
g. xix.	14.		Petri Urfeoli C. dupl. <i>com. S. Felicis M. S. Schatters. Anniversarii Offonis Reg. Angliae, Fundatoris Monast. Abb. Quod si venerit in Dominicam, trāsfertur in 16. hujus.</i>
A. xvij.	15.		* Mauri Abb. dupl. ij. classis.
b. xvij.	16.		Marcelli P. M. semidupl.
c. xvj.	17.		Antonij Abbaris duplex.
d. xv.	18.		Carhedra S. Petri Romana duplex maj. <i>commem. S. Prisca Virg. et Mart. Com. S. Marij. Soc. Mm.</i>
e. xiv.	19.		Agathonis Papae C. duplex
f. xiiij.	20.		Fabiani & Sebastiani, Mart. duplex majus. ♀.
g. xij.	21.		Meinradi Mart. duplex.
A. xj.	22.		Vincentij & Anastasij Mart. semiduplex.
b. x.	23.		Desponsario B. M. V. dupl. maj. <i>com. S. Emerent. V. M.</i>
c. jx.	24.		Timothei E. M. semidupl.
d. viij.	25.		Conversio S. Pauli Apost. duplex majus.

L.	D.	M.	
e. vij.	26.		Policarpi E. C. semidupl.
f. vj.	27.		Joannis Chrysof. E. C. D. dupl.
g. v.	28.		<i>Agnētis secund.</i>
A. jv.	29.		Francisci Salef. E. C. dupl.
b. iij.	30.		Adelelmi Abb. duplex.
c. Frid.	31.		Petri Nolafco C. duplex.

FEBRUARIUS.

d. Kal.	i.		Ignatij Episc. M. semid.
e. iv.	2.		PURIFICATIO B. M. V. dupl. ij. class. ♀.
f. iij.	3.		Blasij, E. M. duplex.
g. Frid.	4.		Andreae Corf. E. C. duplex. <i>Prima Dies Cinerum.</i>
A. Non.	5.		Agatha Virg. Mart. duplex.
b. viij.	6.		Odilonis Abb. dupl. <i>comm. S. Dorothee V. M.</i>
c. vij.	7.		Romualdi Abb. duplex.
d. vj.	8.		Joannis de Matha C. dupl.
e. v.	9.		Apolloniae V. M. duplex.
f. jv.	10.		* Scholasticae V. duplex ij. classis.
g. iij.	11.		Pauli I. Erem. Conf. duplex <i>comm. Octav. S. Scholast.</i>
A. Frid.	12.		Agnētis Virg. Mart. dupl. <i>com. Oct. et S. Ludani C.</i>
b. Idib.	13.		Gregorij II. P. C. dupl. <i>com. Oct.</i>
c. xvj.	14.		Ildephonfi E. C. dupl. <i>comm. Oct. et S. Valentini Presb. M.</i>
d. xv.	15.		Laurentij E. C. dupl. <i>com. Oct. & S. Faustini & Jovite Mm.</i>
e. xiv.	16.		De Octava S. Scholast.
f. xiiij.	17.		Octava S. Scholasticae dupl.
g. xij.	18.		Helladij E. C. dupl. <i>comm. S. Simeonis E. M.</i>
A. xj.	19.		Hilarij E. C. semiduplex.
b. x.	20.		Canuti Regis, M. sem. <i>ad lib.</i>
c. jx.	21.		Raymundi Pennafort. C. sem.
d. viij.	22.		Cath. S. Petri Antiochia. duplex majus.
e. vij.	23.		Martinae V. M. sem. <i>com. Vigil.</i>
f. vi.	24.		S. Marthae Ap. dupl. ij. class.
g. v.	25.		Walburgis, V. duplex.
A. jv.	26.		Leandri E. C. D. duplex.
b. iij.	27.		
c. Frid.	28.		

In anno Bisext. Februarius est dierum 29. & Fest. S. Marthae.

L. D. celebratur *zs.* Febr. & bis dicitur *sexto Kalend.* id est die *zy* & die *zs*, & lit. Dominicae assumpta fuit in mense Januariar. mutatur in praecedentem ut si in Jan. fuit **A.** mutatur in **g.** & lit **f.** bis servit. *zy. zs.*
 Ferijs. *iv. vj.* & sabb. post Dom. I. Quadrag. incidunt **Quatuor Tempora.** & Schutt. celebratur Anniverf. pro fid. Def. **Fundae Monast. totum O.B.** Missa Sol. de Requiem. **Stat. ad feretrum** *Subprior.*

MARTIUS.

d.	Kal.	i.	Rudelfindi E. C. duplex.
e.	vj.	2.	Suiberti E. C. duplex
f.	v.	3.	Chunegundis V. Imper. dup.
g.	iv.	4.	Casimiri C. sem. <i>com. s. Lucij. m.</i>
A.	iiij.	5.	Anselmi Abb. duplex.
b.	Frid.	6.	
c.	Non.	7.	Thomae de Aquin. C. D. dupl. com. Ss. Perpetuae & Felicitatis Mart.
d.	viiij.	8.	Veremundi Abb. duplex. <i>Primum Novilunij Pasch.</i>
e.	vij.	9.	Franciscae Rom. Vid. dupl.
f.	vj.	10.	Quadragesima Mart. sem. Ultima Dies Cineru.
g.	v.	11.	Vincenij Abb. M. duplex. <i>Com. s. Eulogij Martyris.</i>
A.	iv.	12.	Gregorij Magni P. C. Eccl. Doct. duplex majus. <i>S. Fer. <i>iv.</i> post Dom. Pasch. Offic. Dolor. B. M. V. dup. majus.</i>
b.	iiij.	13.	Ramiri & Soc. Mart. dupl.
c.	Frid.	14.	Joannis de Deo. C. duplex
d.	Idib.	15.	
e.	xviiij.	16.	
f.	xvj.	17.	Gertrudis Nivig. V. fem.
g.	xv.	18.	Gabrielis Archang. dup. m.
A.	xijv.	19.	Joseph Sponsi B. V. Mar. Confessor. dupl. ij. class.
b.	xiij.	20.	
c.	xiij.	21.	SS. P. N. BENEDICTI <i>Primum Pascha.</i> ti Abb. Dupl. I. class. *
d.	xj.	22.	Patricij E. C. sem. <i>com. Oct.</i>
e.	x.	23.	De Octava S. Benedicti.
f.	ix.	24.	De Octava.
g.	viiij.	25.	ANNUNTIATI o B. M. V. dupl. ij. class. *
A.	vij.	26.	De Octava S. Benedicti.

L. D.	D. M.	
b.	vj.	27. Ruperti E. C. dup. com. Oct.
c.	v.	28. Octava SS. P. Benedicti. dupl.
d.	iv.	29.
e.	iiij.	30.
f.	Frid.	31.

APRILIS

Kal.		S. Fer. <i>vj.</i> post Dom. in Albis. fir. Offic. de Lancea & Clavis D. dupl. ij. class. impediti vero feria <i>vj.</i> Officio <i>xij.</i> Lectio. transfertur ad aliam feriam. <i>vj.</i> intra temp. pasch. tantum.
g.	i.	
A.	iv.	2. Francisci de Paula. C. dupl.
b.	iiij.	3.
c.	Frid.	4. Hidori E. C. D. duplex.
d.	Non.	5. Vincentij Ferrer. C. duplex
e.	viiij.	6.
f.	vij.	7.
g.	vj.	8.
A.	v.	9.
b.	iv.	10.
c.	iiij.	11. Leonis Magni. P. C. dupl.
d.	Frid.	12.
e.	Idib.	13. B. Idae Virginis. duplex.
f.	xviiij.	14. Tiburtij, Valeriani, Maximi. Non.
g.	xvij.	15. Hermenegildi Mart. sem.
A.	xvj.	16. Turibij E. C. duplex.
b.	xv.	17. Aniceti Papa. Mart.
c.	xijv.	18.
d.	xiiij.	19.
e.	xiij.	20.
f.	xj.	21. Anselmi E. C. D. duplex.
g.	x.	22. Soteris & Caij P. P. Mm. sem.
A.	ix.	23. * Georgij Martyris. dupl. majus *
b.	viiij.	24. Melliti E. C. duplex.
c.	vij.	25. * Marci Evangel. dupl. ultimum Pascha. ij. class. Lytan. maj. *
d.	vj.	26. Cleti & Marcellini P. P. Mm. Semiduplex.
e.	v.	27. Vitalis Mart.
f.	iv.	28. Roberti Abb. duplex.
g.	iiij.	29.
A.	Frid.	30. Catharinæ Sen. V. duplex

In festo S. Georgij ordinatur Processio Votiva ad S. Georgij in **Helligenzell.** ac ibidem celebratur Missa de Sancto cu Gl. & Credo, nisi hoc festu venerit infra Hebdom. maj. vel Pascha, tuncenit Missa fieret de fer. curr. Si Lyt. maj. venerint in Dom. Pasche, transferuntur in leg. Fer. III.

L. D.	D. M.	MAJUS.
b. Kal.	i.	Philippi & Jacobi Apostol. duplex ij. classis.
c. vj.	z.	Arhanasij E.C.D. duplex.
d. v.	3.	* Invent. S. Crucis. duplex ij. class. com. s. Alexandri, Eventij, Theodori Mm. ac Juvenalis &c.
e. jv.	4.	Monica Vid. duplex.
f. iij.	5.	Pij quinti P.C. semidup.
g. Frid.	6.	Joannis ante port. lat. dupl. maj.
A. Non.	7.	Stanislai E.M. duplex.
b. viij.	8.	Appar. S. Michaelis Archang. duplex majus.
c. vij.	9.	Gregorij Nazianz. E.C.D. dup.
d. vj.	10.	Antonini E.C. semid. com. s. Gordiani et Spimachi Mm.
e. v.	11.	Majoli Abb. duplex.
f. jv.	12.	Nerei, Achillei, Domitillæ & Pancratij Mm. semid.
g. iij.	13.	Petri Mediolani M. duplex.
A. Frid.	14.	Hugon. Abb. dup. com. s. Bonifacij M.
b. Idib.	15.	
c. xvij.	16.	Joannis Nepomuc. M. semid.
d. xv.	17.	Ubaldi E. C. semiduplex.
e. xiv.	18.	Venantij M. semidup.
f. xij.	19.	Petri Cælestini P.C. dupl. com. s. Pudencianæ V.
g. xij.	20.	Bernardini Sen. C. semidup. Primus terminus Corp. Chr.
A. xij.	21.	
b. xj.	22.	Romani Abb. duplex.
c. x.	23.	
d. jx.	24.	
e. viij.	25.	Gregorij VII. P.C. dupl. com. s. Urbani Papæ M.
f. vij.	26.	Augustini E. C. dupl. com. s. Eleuterij Papæ M.
g. vj.	27.	Ven. Bedæ Presb. C.D. duplex com. s. Joannis P. M.
A. v.	28.	Bonifacij IV. P.C. duplex.
b. jv.	29.	Gennadij E.C. duplex.
c. iij.	30.	Philippi Nerei C. dupl. com. s. Felicis Papæ M.
d. Frid.	31.	M. Magdalena de Pazzis V. sem. com. s. Petronilla V.
Duobus sequentibus Diebus post Pascha & post Pentecosten feriah. dum est. Priore celebrante. Ferijs II. III. & IV. ante Ascens. D. Lyran. maj. Ferijs IV. VL. & Sabb. post Pentecost. incidunt Jejunia Quatuor		

L. D.	D. M.	Temporum. & Schurr. celebratur Anniverf. pro fid. Def. Abbatib. & Religiosis Monasterij. totum. O.D. & Missa Solem. de Requiem. eum Stat. ad feretrum. Subprior.
JUNIUS.		
e. Kal.	i.	Enneconis Abb. duplex.
f. jv.	z.	Marcellini Petri et Crasmi Mm.
g. iij.	3.	
A. Frid.	4.	
b. Non.	5.	Bonifacij E. M. duplex.
c. viij.	6.	Claudij. E. C. duplex.
d. vij.	7.	Norberti E. C. duplex.
e. vj.	8.	
f. v.	9.	Primi & Feliciani Mm.
g. jv.	10.	Margarithæ Reg. Vid. sem.
A. iij.	11.	Barnabæ Ap. dupl. maj.
b. Frid.	12.	Leonis III. P.C. dup. comm. s. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazary. Mm.
c. Idib.	13.	Antonij Pad. C. duplex.
d. xvij.	14.	Felicis Mart. duplex.
e. xvij.	15.	Viti, Modesti atque Crescentiæ duplex. *
f. xvj.	16.	Joannis à S. Facundo C. dup.
g. xv.	17.	Basilij mag. E. C. D. dupl.
A. xjv.	18.	Marci et Marcelliani Mm.
b. xij.	19.	Gervasij & Protasij M. sem.
c. xij.	20.	Julianæ de falcon. V. sem. com. s. Sijberij P. M. de in s. Florentina V.
d. xj.	21.	
e. x.	22.	Paulini E.C.
f. jx.	23.	vigil. com. s. Ediltrudis V.
g. viij.	24.	NATIVITAS S. Joannis Bapt. Duplex j. classis. * Ultim. term. Feste. Corp. Chr.
A. vij.	25.	Guilielmi Ab. dup. com. Oct.
b. vj.	26.	Joannis & Pauli Mm. dup. comm. Octave.
c. v.	27.	De Octava S. Joann. Bapt.
d. jv.	28.	vigil. Leonis II. P.C. sem. com. Octav. et Vigilia.
e. iij.	29.	PETRI & PAULI Apost. Dupl. j. class. *
f. Frid.	30.	Comem. S. Pauli Apost. dupl. com. Oct. s. Joann.
Dom. inf. Oct. Corp. C. & in Die Octava ejusdem Festi fit Processio cū Ven. Sacramen. to. à Priore. sicut in Die ip. so ab Abbate.		

L. D.	D. M.	JULIUS.
g. Kal.	1.	Octava S. Joann. B. <i>dupl. com. Oct.</i>
A. vj.	2.	Vifitatio B. M. V. <i>duplex maj.</i> <i>com. Oct. Apoft. et Ss. Procel.</i> <i>Si et Martiniani Mm. & Subsp.</i>
b. v.	3.	De Octava Ss. Apoft.
c. iij.	4.	Udalrici E. C. <i>dupl. com. Oct.</i>
d. iij.	5.	De Octava.
e. Prid.	6.	Octava Ss. Apoftol. <i>duplex</i>
f. Non.	7.	Willebaldi E. C. <i>duplex</i>
g. viij.	8.	Chiliani E. M. <i>semid.</i>
A. vij.	9.	Elisabeth Reg. Vid. <i>semid.</i>
b. vj.	10.	VII. Fratres &c. Mm. <i>semid.</i>
c. v.	11.	* COMmem. solem S. P. N. Be- nedicti Abb. <i>dupl. ij. class.</i> <i>com. in Laud. tm. S. Pij. E. M.</i>
d. iij.	12.	Joannis Gualberti Abb. <i>dupl.</i> <i>com. Oct. ac Ss. Naboris. Mm.</i>
e. iij.	13.	Anacleti P. M. <i>sem. com. Oct.</i>
f. Prid.	14.	* Henrici Imp. C. <i>dup. ij. class.</i>
g. Idib.	15.	Bonavent. E. C. D. <i>dup. com. Oct.</i>
A. xvij.	16.	B. M. V. de Monte Carmel. <i>dup.</i> <i>majus. com. Oct.</i> <i>S. si haec dies fuerit Dominica, ce-</i> <i>lebratur a populo Festum Titul. S. Sca-</i> <i>pularis B. M. V. Abbas. *</i> <i>Die sequenti Annivers. san. Def.</i> <i>Confrat. & Confor. Archi. Confrat.</i> <i>Dicitur O. D. semid. Miss. Id. de Reg.</i> <i>Procel. per Canet. ad. Fidele. Prior.</i>
b. xvij.	17.	Leonis Imp. C. <i>dupl. com. Oct.</i>
c. xv.	18.	Octava S. P. Benedicti <i>duplex</i> <i>com. Ss. Siphorof. Mm.</i> <i>S. Dominica, qua precedit 25</i> <i>Julij, celebratur Fest. S. Arba-</i> <i>gasti E. C. Patroni Dioecelis</i> <i>Argentinenfis. duplex.</i> <i>ij. Classis.</i>
d. xvij.	19.	Alexij C. <i>semid. duplex.</i>
e. xvij.	20.	Margarithae V. M. <i>duplex.</i>
f. xvij.	21.	Praxedis V.
g. xvij.	22.	Mariae Magdal. <i>dupl. maj.</i>
A. xv.	23.	Apollinaris E. M. <i>duplex</i> <i>com. S. Liborij E. C.</i>
b. jc.	24.	Vincentij a Paulo C. <i>sem. com.</i> <i>Vigilia et S. Christinae V. M.</i>
c. viij.	25.	S. Jacobi Apoft. <i>dup. ij. class.</i> <i>com. in Laud. tm. S. Christoph. M.</i>
d. vij.	26.	Annae Matr. B. M. V. <i>dup. maj.</i>
e. vj.	27.	Fantaleonis M.
f. v.	28.	Nazarij &c. Innocent. <i>sem.</i>
g. iij.	29.	Martha V. <i>sem. com. S. Felicis. Mm.</i>

L. D.	D. M.	AUGUSTUS.
A. iij.	30.	Abdon et Sennen Mm.
b. Prid.	31.	Ignatij Confess. <i>duplex</i>
AUGUSTUS.		
c. Kal.	1.	Petri ad Vinc. <i>dupl. maj. com.</i> <i>Ss. Machabeorum Mm.</i>
d. iij.	2.	Stephani P. M.
e. iij.	3.	Invent. S. Stephani Protom. f.
f. Prid.	4.	Dominici C. <i>duplex</i>
g. Non.	5.	Dedic. B. M. V. ad Niv. <i>dup. maj.</i>
A. viij.	6.	Transfig. D. <i>dupl. maj. com.</i> <i>Ss. Xysti. Mm.</i>
b. vij.	7.	Cajetani C. <i>dup. com. S. Donati. Em.</i>
c. vj.	8.	Cyriaci, Lary. Mm. <i>sem.</i>
d. v.	9.	Stephani Soc. Mm. <i>dup. com.</i> <i>Vigilia et S. Romani M.</i>
e. iij.	10.	S. Laurentij M. <i>dup. ij. class.</i>
f. iij.	11.	De Oct. S. Laur. <i>com. S. Tiburtij M.</i>
g. Prid.	12.	Clarae V. <i>dupl. com. Octava</i>
A. Idib.	13.	De Octava. <i>com. Ss. Hippolyti. M.</i>
b. xvij.	14.	Vigilia. De Octava. <i>com.</i> <i>Vigilia et S. Eusebij. C.</i>
c. xvij.	15.	ASSUMPTIO B. MARIE V. Patrocin. Schutt. Duplex ij. class. * <i>S. Dom. infra Oct. Assumpt.</i> <i>celebratur Fest. S. Joachim</i> <i>Parris B. M. V. dup. majus.</i>
d. xvij.	16.	Hyacinthi C. <i>duplex com. em.</i> <i>Octava. Assumpt. et S. Laur.</i>
e. xvij.	17.	Octava S. Laur. <i>dup. com. Oct.</i>
f. xv.	18.	De Oct. Alf. <i>com. S. Agapiti M.</i>
g. xvij.	19.	De Octava Assumpt.
A. xij.	20.	Bernardi Abb. <i>dup. com. Oct.</i>
b. xij.	21.	Bernardi Ptol. Abb. <i>dup. com. Oct.</i>
c. xj.	22.	Octava Assumpt. B. M. V. <i>du-</i> <i>plex. com. Ss. Timothei. Mm.</i>
d. x.	23.	Philippi Ben. C. <i>dup. com. Vigile</i>
e. ix.	24.	S. Bartholomaei Ap. <i>dup. ij. cl.</i>
f. viij.	25.	Ludovici Regis C. <i>semid.</i>
g. vij.	26.	Zephyrini P. M.
A. vj.	27.	
b. v.	28.	Augustini E. C. Eccl. Doct. <i>dupl. com. S. Hermet. M.</i>
c. iij.	29.	Decoll. S. Joann. Bapt. <i>dupl.</i> <i>com. S. Sabinae. M.</i>
d. iij.	30.	Rosae Lij. V. <i>duplex com. em.</i> <i>Ss. Felicio et Adaukti Mm.</i>
e. Prid.	31.	Raymundi Nonnati C. <i>dupl.</i>

L. D. Dom. I. Sept. celebr. F. Dedic. omn. Ecclesiar. Diocesi. Argentinenfis. **D. M.** Duplex I. class. cum Octava. **†** Sequenti fer. II. Anniverf. om. Def. Religiofor. & Inquilinorū Schutter. totum OD. Milfa. folem. de Requiem. Proceff. per Cæmet. ad feretr. Prior.

SEPTEMBER.

S. Dom. quæ est prima in Menfe feptembri. celebr. J. SS. Angelorum. Custod. dupl. ij. claffi. cum Oct. **†**

f. Kal. 1. Agidij Abb. **dup. com. s. xij. Fr. Mm.**
 g. jv. 2. Nonnofi Abb. **duplex.**
 A. ij. 3. Stephani Reg. C. femiduplex.
 b. Frid. 4. Rosaliæ V. **duplex.**
 c. Non. 5. Laur. Justin. E. C. fem. ad libitū.
 d. viij. 6. Magni Abb. **duplex.**
 e. vij. 7. Adelphi E. C. **duplex.**
 f. vj. 8. **NATIVITAS BMV.**
Duplex ij. claffi. **†. com. s. Adriani M. in laud. tm.**
S. Dom. infra Oct. Nativ. celebr. **†. S. Nom. MARIÆ. dup. maj.**

g. v. 9. De Oct. Nat. **com. s. Gorgenij M.**
 A. jv. 10. Nicolai Tolent. C. **dup. com. Oct.**
 b. ij. 11. De Oct. Nat. **com. s. Proti Mm.**
 c. Frid. 12. De Oct. Nariv.
 d. Idib. 13. Materni E. C. **dup. m. Dioc. cō. Oct.**
 e. xvij. 14. **†** Exalt. S. Cruc. **dup. maj. **†**. cō. Oct.**
 f. xvij. 15. Octava Nativ. B. M. V. **duplex maj. com. s. Nicomedis M.**
 g. xvj. 16. Cornelij & Cypriani P. M. M. fem. **com. s. Edithæ V. Euphemie. Mm.**
 A. xv. 17. Columbæ V. M. **duplex.**
 b. xjv. 18. Richardis Imp. V. **dupl. Dioc. **†**.**
 c. xij. 19. Januarij Soc. Mm. **dup. com. m. s. Theoderi E. C.**
 d. xij. 20. Eustachij Soc. Mm. **dup. com. Vigil.**
 e. xj. 21. **S. Matthæi Apoft. & Evang. dup. ij. claff. com. s. Landelini M. Dioc. **†**.**
 f. x. 22. Mauritiij Soc. Mm. fem.
 g. jx. 23. Lini P. M. fem. **com. s. Theclæ V. M.**
 A. viij. 24. B. M. V. de Mercede. **dupl. maj.**
